

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Liberalitas b
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Liberalitas b:

Dandum est quod nec tibi nec alteri noceat,

et cum negaueris quod petit, indicanda
est iusticia ut non eum inanem dimittas.

Et aliquando melius aliquid
dabis etiam cum iniuste petentem correxeris.

Augustinus de sermone Domini in monte.

Fons proximus:

Sed contra est quod Augustinus, in libro *de Serm.
Dom. in Monte*, super illud, *Qui petit a te, da ei*, dicit:
Dandum est quod nec tibi nec alteri noceat:

*et cum negaveris quod petit, indicanda
est iustitia, ut non eum inanem dimittas.*

*Et aliquando melius aliquid
dabis, cum iniuste petentem correxeris.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 32.3 (P. Caramello ed., p.172).

Fons primus:

Sed ne multa persequar,
quae sunt innumerabilia, id profecto
dandum est quod nec tibi nec alteri noceat,
quantum sciri aut credi ab homine potest.
Et cui iuste negaueris quod petit, indicanda
est ipsa iustitia, ut non eum inanem dimittas.

Ita omni petenti te dabis,
quamuis non semper id quod petit dabis.
Et aliquando melius aliquid
dabis, cum petentem iniusta correxeris.

Augustinus Hipponensis, *De sermone Domini in
monte*, 1.67 (CCSL 35, A. Mutzenbecher ed., pp.76-7,
ll.1674-1680).